

Ita post quam laudaret Angelum idest Episcopum Pergami, culpat eum tamen, quod negligeret turbare, & corripere tenentes doctrinam Nicolaitarum, qui docebant mittere scandalum, unde dicit, similiter pœnitentiam age, si quo minus veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Angelo Thyatiræ Ecclesiæ sicut pariter; bubeo adversus te pauca, quia permittis mulierem Jezebel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de Idolo: bis &c.

Angelo Ecclesiæ Sardis, cap. 3. sicut, Scio opera tua, quia nomen habes, quod Vivas, &

mortuus es, esto vigilans, non enim invenio operata plena coram Deo meo, in mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & serva, & pœnitentiam age, si ergo non vigilaveris, veniam ad te tamquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

Angelo Laodicæ scribit. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, utinam frigidus es, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te evomere ex ore meo.

Ex quibus bene intelligimus quantum Deus attente consideret, & subtiliter Judicet Episcorum negligentias, & omissions.

## De Negligentia Exequitorum Litterarum Apostolicarum.

### S U M M A R I A.

- 1 Exequores litterarum Apostolicarum posse sunt esse in triplici genere, vel litterarum in forma gratiosa, vel in forma dignum, vel illo negligente, datur tertius, qui suppleat negligentiam secundi.
- 2 Ut iste tertius suppleat negligentiam secundi necesse est, ut constet de tali negligentia, nec sufficit, ut nolit exequi, quia potest habere justam causam non exequendi.
- 3 Si Uni tantum facta sit commissio, quis sit negligens exequi, tunc recurrentum est ad Papam committentem, ut alium deputet exequorem.
- 4 Ut constet de negligentia exequoris, opportet, ut constet litteras fuisse exequori presentationes, & Juxta Concilium decurrisse post presentationem duos annos.
- 5 Erit negligens exequor, si non vocavit eos, qui erant Vocandi, vel qui habebant interesse in causa, vel ex vi clausule Vocatis Vocandis.
- 6 Non tamen sunt Vocandi, qui habent interesse tantum secundario.
- 7 Neque qui sperant habere interesse in futurum, sed tantum habent interesse de praesenti.
- 8 Non est negligens exequor litterarum Apostolicarum, si ideo non exequitur, quia restat aliud probandum.
- 9 Non tamen debet impedire exequitionem exceptio turbida, que requirat altiorem indaginem.
- 10 Merus exequor non debet admittere ullam exceptionem, sed debet exequi promptè, ne sit negligens.
- 11 Merus exequor neminem citat, aut Vocat, exequor vero mixtus debet citare, & Vocare quoscumque habentes interesse.
- 12 Vel habebant interesse ratione possessionis, vel ratione proprietatis.
- 13 Debet exequor mixtus servare ordinem Judicarium.
- 14 Propter imperitiam exequitorum, quandoque in litteris Apostolicis apponuntur aliqua clausula majoris claritatis gratia.

### A R T I.

## A R T I C U L U S XVIII.

### De Negligentia Exequitorum Litterarum Apostolicarum.

**E**xequores litterarum Apostolicarum sunt in triplici genere, alii, qui deputantur ad exequitionem gratiæ factæ à Papa, qui providit de beneficio illud conferendo in forma gratiosa, quo modo Papa confert beneficium, deinde committit exequori, ut provisum mittat in possessionem; Alii qui deputantur ad exequendas litteras apostolicas in forma dignum, idest si N. idoneum reperieris per diligentem examinationem, eidem beneficium conferas, & solet in hoc casu, dato termino triginta dierum, qui incipit currere à die præsentationis litterarum Apostolicarum, huic exequori deinde, vel in eisdem litteris, vel aliis distinctis apponi, & si infra 30. dierum primus nona conferat, idest secundus exequor; eidem N. conferas beneficium, ex qua dicendi forma aperte constat, quod secundus exequor potest venire ad exequitionem litterarum Apostolicarum solummodo in casu negligentiae, & morositatis primi, & est tertium genus exequitorum.

Hinc si primus exequor datus in forma dignum, ex aliqua causa nolit conferre beneficium, vel ex defectu scientiæ in providingendo, vel ex defectu Civilitatis, ordinis, vel alterius qualitatis requisitæ in collatione talis benefitii, cum non dicatur negligens non conferendo, ex quo negligens est, qui potest, & tenetur conferre, & non confert, in casu autem prædicto, nec potest, nec tenetur conferre ob defectum qualitatis requisitæ; idèò non potest providendus recurrere ad secundum exequorem, sed ad summum poterit appellare ad superiorem, ad quem de Jure, & ratio est quia deputatio secundi exequoris est conditionalis, si primus exequor fuerit negligens, & morosus, qua conditione non verificata, de quo constare debet, ad Rotam allegatam per Garziam de benef. p. 6. c. 2. num. 95., Gratian. discept. for. c. 92. num. 30. 31.,

secundus non habet facultatem exequendi, ut bene notavit Garzias de benef. dicta p. 6. c. 2. num. 61., & 62., ubi Rota, & seqq., ubi quod datur secundus exequor in odium negligentiae primi, & num. 75. in fine.

3 Si autem contingat, ut exequio litterarum Apostolicarum committatur uni tantum exequori, ut soli ordinario, tunc eo negligente exequi, ad Papam committentem, est recurrentum.

4 Quod autem requiratur, quod constet de negligentia exequitorum ad effectum, ut exequio devolvat, declaravit Rota coram Remboldo in Aquilana bonorum 17. Junii 1624. quæ est decis. 521. num. 8., & 9. inter ejus impressas per hæc verba (Nes obstat, quod cum dicti spesiales exequores non expediverint causam intra biennium, fuit eorum jurisdiction ad Auditorem Cameræ devoluta Vigore decreti S. Concilii Trident. sess. 24. c. 20. de reform. quia præterquamquod non constat, quod dicti exequores fuerint requisiti ut dictas litteras debite exequioni demandarent, quodque à die hujusmodi requisitionis lapsum effet biennium, ut requiritur per decretum Sacri Concilii ibi à die motæ litis, & quod per eos fieret quo minus procederetur ad exequitionem dictarum litterarum, juxta notata per Rebuff. super concordatis 66. de forma litterarum exequi. mandati Apostolici in Vers. recusaverit, & Vers. Negligentes fuerint. Rota. decis. 293. sub nu. 1. p. 2. recent.

5 Erit negligens pariter exequor, si debebat Vocare aliquos, & non Vocavit, vel quod essent vocandi ex dispositione Juris, ut habentes interesse, vel ex vi clausula, in commissione insertæ nempe Vocatis Vocandis ad tradita per Corrad. Praxi dispensat. lib. 9. cap. 5. num. 14., ubi num. 15., quod non sunt Vocandi, qui non possunt impeditre exequitionem, & per hanc clausulam dicitur exequor mixtus.

6 Neque sunt vocandi habentes interesse tantum secundario, ut declaravit Rota co-

- ram Urgelen. decis. 27. num. 12., & 13., & solum vocandi, qui tunc temporis habent interesse, non autem si sperent in futurum ad allegata per Martam de clausul. p. 1. clausula 96., Zaccbias in Additionibus ad tract. de oblig. Camerali, & Rota impressa post ejusdem tract. de societ. offic. quæst. 5. num. 3., & coram Meltio in Romana Censu, seu depositi 29. Junii 1645., & iterum in eadem 26. Januarii 1646., & decis. 190. num. 12., & seqq. impressa post Zacciam de obligat. Camerali.
- Ideoque vocandi sunt ii, de quorum prejudicio ageretur in exequitione litterarum, vel Instrumentorum, Gabriel. de citationibus concl. 1. num. 445., De Luca de benefic. discursu 73. n. 21., & seqq., & consequenter, qui sunt legitimi contradictores, & non alii,
- 8 Non erit negligens executio litterarum Apostolicarum, si idem non exequatur, quia aliquid restat probandum, Rota coram Plato in Urbinaten. Parochial. impressa post Marchesan. de Commission. p. 1. num. 2. folio mixti 377., & alia coram Corduba in Placentina Praestimoniorum apud eundem Marchesan. impressa folio 365.
- 9 Non impedit tamen exequitionem exceptio turbida, quæ requirat altiorem indaginem, Rota decis. 389. num. 1. tom. 1. p. 1. recent., ubi quod exceptio Jurispatr., de quoclare non constat, non debet retardare exequitionem litterarum Apostolicarum, Cerro decis. 250. num. 6.
- 10 Sicuti è contra merus executio, non potest admittere ullam exceptionem, sed debet exequi promptè, & absolute sine ulla retardatione, etiam si opponatur falsitas; Farinac. quæst. 97. num. 69., & quæst. 100. num. 106., etiam spretis oppositoribus Merlin. in Pisana Beneficii Mercurii 27. Junii 1629. num. 2., cum aliis ibi alleg. decis. 418.
- 11 Ita merus executio neminem citat, aut notat, sed solum simpliciter exequitur ad allegata per Gabriel. de citat. dicta Concl. 1. num. 229., ubi è contra executio mixtus, ut quando apposita est clausula (vocatis,

vocandis) vel servatis, servandis, debet citare omnes, & singulos interesse habentes, alias negligens est, Aloys Riccius in praxi fori Ecclesiastici decis. 108. num. 6. in p. edit. in secunda verò decis. 95., quia cum debat judicialiter cognoscere, necessario requiritur citatio Barbosa clausula 185. num. 11., alias actus, & exequitio nullus, & nulla est, Rota coram Dunozet. in Ferrarien. bonorum impressa per Farinac. p. 1. recent. decis. 624. à num. 4., Cerro decis. 495. num. 18.

- 12 Ita pariter essent vocandi non solum, qui habent interesse ratione possessionis, sed etiam ratione proprietatis, Rota impressa per Farinac. decis. 525. num. 4. p. 2. recent.
- 13 Et virtute ejusdem clausulae, deberet necessario servari ordo Judicialis, assignando terminos, Marta clausul. 196. num. 9., Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 269., Veral. decis. 286. num. 4. p. 1., Marchesan. de commiss. p. 2. pagina mibi 491. num. 3., Cerro decis. 112. num. 18., decis. 282. num. 8., Quod limitatur quando non comparet legitimus contradictor, quia tunc executio poterit extrajudicialiter procedere se informando, ad allegata per Rotam coram Cerro decis. 237. num. 28., Ottobon. decis. 164. num. 10. 12., & decis. 219. num. 6., Limita tamen si narratum sit vacationem contigisse in mense reservato, quia de hoc constare debet executio, licet nullus appareat contradictor, Ottobon. decis. 57. num. 3. 4. 14., ubi quod est fundamentum Cameræ, & de eo debet concludenter constare.
- 14 Notat Corradus Praxi dispensationum lib. 9. cap. 6. num. 23., quod executores litterarum Apostolicarum, non raro propter imperitiam, seu quia proxim Curiæ Romanae non callent, verentur exequitioni demandare litteras Apostolicas, & sic ex levi causa trepidantes, ubi non erat trepidandum, recusant exequi, aut tacite omitunt, ob hoc practicatur, quod multoies apponatur aliqua clausula, quæ non erat apponenda, & apponitur majoris claustratis gratia.

## De Negligentia Fidejussorum.

## S U M M A R I A.

- 1 Definitio, seu descriptio fidejussionis.
- 2 Fidejussor tunc est negligens, quando omittit facere quod spondit, nec habet legitimam excusationem.
- 3 Quid si promittat pro minore contrahente sine solemnitatibus.
- 4 Nulla existente obligatione minoris, nulla est etiam obligatio accessoria fidejussori.
- 5 Etiam si minor dixisset in contrahendo se maiorem.
- 6 Obligatur fidejussor si accessit cum clausula principalis, & in solidum.
- 7 In quo casu obligatio fidejussoris stat de per se, tanquam contractus distinctus, & separatus à contractu minoris.
- 8 Fidejussor in contractu censu tenetur ad annuam præstationem ad quam non teneretur minor, qui contraxit sine solemnitatibus.
- 9 Minor verò, & fidejussor tenerentur ad restitutionem pretii recepti.
- 10 Minor, & mulier non præsumuntur facti locupletiores ex contractu nullo, sed erit probandum à dicente factus esse locupletiores.
- 11 Secus præsumitur in contractu facto cum decreto Judicis.
- 12 Fidejussor in contractu minoris nullo obligatur, si apposita sint clausula Cameralis.
- 13 Obligatur fidejussor, si accessit cum Iuramento.
- 14 Quæ intelliguntur habere locum, ubi contractus non sunt absolute prohibiti, sed habent statum intrinsecum validitatis.
- 15 In contractibus vero à Jure omnino reprobatis, ut de solvendis usuris, non plus obligatur fidejussor, quam principalis.
- 16 Ita quando contractus est defectu substantialem nullus.
- 17 Et tunc tam principalis, quam fidejussor possunt dicere de nullitate.
- 18 Exceptiones reales, quæ competunt principali, competunt & fidejussori.
- 19 Contractu minoris nullo ex decreto interposito ex capite falsæ causæ, tamen fidejussio tanquam contractus de per se, sustinetur.
- 20 Ex pacto nudo fidejussor accedens de Jure Civili non obligatur, at si de per se, & principaliter fidejubeat, de Jure Canonico valet.
- 21 Negligentia fidejussoris in solvendo, præjudicat principali debitori quo ad usuras, & expensas, quæ decurrunt.
- 22 Si vero fidejussor non opponat exceptiones sibi competentes, ex hac omissione, & negligencia sibi, non debitori præjudicat.
- 23 Discutitur, an minor posset per indirectum obligari fidejussori ex contractu nullo, & distinctionis casibus solvitur num. 24.
- 25 Si minor contrahat sine solemnitate, sed confirmet contractum Iuramento, tunc ex communis Theologorum sententia minor obligatur, & in hoc casu fidejussor relevatur contra minorum.
- 26 Nec valet, quod statutum prætextu publice utilitatis prætentat Iuramentum, & metu extortum, quia perfectionem non potest infirmare veritatem.
- 27 Privilegium minorum primo, & principaliter est pro bono particulari, secundario vero, & in consequentiam pro bono communis.
- 28 Statutum non obligat mulieres, aut minores ad culpam.
- 29 Statutum non potest irritare vere contractus minorum Iuratos, ita nec mulierum.
- 30 Iurisdictione laica potest fieri prohibitio, ne contrahentes apponant Iuramentum in contractibus, at post appositum non potest illud irritare.
- 31 Ex commentario Statutorum convincitur, quod mulier, quæ juravit observare contractum, non agat, nisi prævia dispensatione à Iuramento, & sic sustinetur contractus de Iure Canonico.
- 32 Minor laetus ex contractu jurato, ut relaxetur Iuramentum ad effectum agendi non habet necesse citare partem, secus ad effectum rescindendi contractum.
- 33 Contractus minoris juratus prævia Iuramenti relaxatione ex solo consensu minoris à Iudice potest rescindi per implicitam conditionem, cui ab initio contrahentes consentur consentire, & num. 34.
- 34 In tali rescissione contractus non incurritur pena, per præviam Iuramenti relaxationem.
- 35 Relaxatio Iuramenti concedenda est ad effectum agendi, non sic excipiendi.
- 36 Relaxed Iuramentum concedenda est ad effectum agendi, non sic excipiendi.
- 37, & 38 Hæredes minoris tenentur servare contractum